



ARTITIONUM

Theologicarum

Disputatio XIII.

DE

DVABVS IN CHRIS-
TO NATURIS, DIVINA ET
HUMANA: EARUMQUE UNIO-
NE PERSONALI.

In illustri Academia VVitteber-
genſi proposita;

PRÆSIDE

M. IACOBO MARTINI
Professore publico:

RESPONDENTE

M. MATTHÆO MOSTHIO
MEMMINGENSE.

MAGDÆBURGI,

Excudebat Ioachimus Boëlius.

Sumtibus Clementis Bergeri Bibliopola
Witteberg: Anno 1611.

Theol. ev. dogm.

68^m, 13



NOBILISSIMIS
AMPLISSIMIS
PRUDENTISSIMIS

DN. GEORGIO EHINGERO,
DN. ADAMO HARTLIEBIO,
dicto Walsporn,
DN. SAMVELI IENISCHIO,

*Inclutæ Memmingensium Reipub. Triumviris ac
Consulibus spectatissimis, Patribusq; Pa-
triæ fidelissimis.*

Dominis, Mæcenatibus, Fautoribus, ac Pro-
motoribus, suis sanctè humiliterq;
colendis,

Hanc de Persona Christi συζήτησιν,

Humilis obsequij ergò mittit atq;
submittit.

RESPONDENS.

M. Matthæus Möstius Mem-
mingensis.



Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

Aus der
Schloßbibliothek zu Wels
1885

Handwritten text on a piece of paper, possibly a library label or receipt. The text is faint and difficult to read, but appears to include a date and some identifying information.



Typus hujus Disputationis.

1. Impositio & ratio nominum, simulq; unctiois explicatio.

(M) Decretum de recuperanda salute exequitur DEVS

1. Missio-
ne Fily.
Hic de
Christo:
Vbi con-
sideratur

2. Res
ipsa:
Vbi
agi-
tur

1. De per-
sona: Vbi
ad duo
atren-
dendum

1. Ad u-
nionem
hyposta-
ticam.
Vbi con-
sideran-
da par-
tim

Unionis
modus:
Vbi ex-
plicandi

2. Ad Unionis effectum. (N)

2. De officio. (P)

2. Mediatu certis actionibus. (Q)

1. Quae sint
illa natura,
nempe
2. Quomodo
Christu de-
nominent:
Divina.
Humana.
DEVM.
Hominem.

1. Ter-
mini
2. Idiomaticis.
1. Hyposta-
seos &
quae huc
reducuntur
2. Idiomaticis.
αυτο-
σατον.
αυτο-
σατον.

2. Res i-
psa: ipse
unionis
modus
explica-
tur vel
Ratione
natura-
rum
ασυγχύ-
ται:
αρετήας:
αδικαρέ-
ται:
αχαρί-
σας:
Salvis pro-
prietati-
bus

Ratione
hyposta-
seos,
qui
Essen-
tialis:
Acci-
den-
talis.
Est perso-
nalis.



DISPUTATIO XIII.

De duabus in Christo natu-
ris, divinâ & humanâ: earumq;
unione Personali.

CONTINUATIO.

Quomodo ab æterno decretum de homini-
bus salvandis apud sese fecerit miseri-
cors DEVS noster; vidimus hætenus:
quomodo porrò idem in tempore exequa-
tur, ordinis ratio postulat, ut indagemus.

THESIS I.

Decretum
de recupe-
randâ ho-
minum sa-
lute quo-
modo Deus
exequatur.

Decretum illud de recuperandâ salute hominum,
exequitur DEUS primùm missione Filij: deinde
mediatis certis actionibus.

2. Missio illa totum redemptionis opus & officium
complectitur: quod rectè intelligemus, si veram agni-
tionem CHRISTI acquisiverimus.

3. Hic igitur de CHRISTO acturi, considerabimus
primùm impositionem & rationem nominum: dein-
de ad rem ipsam nos accingemus.

Nomen
Messie du-
plex.

4. Tribuitur in sacris Mediatori nostro duplex no-
men tanquam proprium; Nomen & cognomen; *Jesus*
Christus.

1. In 89.

5. Primùm igitur vocatur *ἰησους*; quod origine suâ
Hebræ-

Hebraeum est, à שׁוּׁ *salus*. Unde verbum in Hiphil שׁוּׁוּ *Salutem, auxilium attulit, salvavit*: Unde proprium שׁוּׁוּׁ : quod nominis Ἰησοῦς Josepho Angelus indicat Matth. 1. vers. 21: *Vocabis nomen ejus Jesum, quia ipse salvum faciet populum suum à peccatis suis*. Quod igitur, quia sibi verè arrogare haud alius potest, meritò CHRISTO salvatori nostro assignatur, *Osee. 13. vers. 4. Esa. 43. vers. 11. & cap. 45. vers. 8.*

6. Gesserunt verò in veteri Testamento huius nominis & officii typum *Jehoschubab* populi Israelitici Dux celeberrimus: & eiusdem nominis summus sacerdos *Hagg: 1. vers. 1. cap. 2. vers. 3. & 5. Zach. 3. vers. 1. & seqq. Ecclesiast. 49. vers. 14.* Et expressè hoc ipsum nomen Filio DEI tribuitur, *2. Esdra. 7. vers. 28.*

7. Cognomen (CHRISTUS) quod spectat, Graecè Χριστός cum illud est, idem denotans, quod Hebraeum מָשִׁיחַ *Messias*, id est, *Unctus*, *Psal. 105. vers. 15. 1. Sam. 24. v. 7.* Nam מָשַׁח est *unxit, inunxit*, & quidem oleo propriè, ut solebant ungi Reges & Sacerdotes ad officium. Niphil מָשַׁח *unctus fuit.*

8. Ergo ab Unctione hæc denominatio est. Quemadmodum enim in Veteri Testamento, Reges & Sacerdotes dicebantur CHRISTI DOMINI, *Esa. 45. v. 1. Levit. 4. v. 3.* Ita in Novo foedere κατ' ἄρχην nomen illud tribuitur Filio Mariæ, Salvatori nostro, per Reges & Sacerdotes illos adumbrato.

9. Ut igitur illi in Veteri Testamento in officii sui inauguratione ungi solebant, *Levit. 4. v. 3*: ita DEUS Pater CHRISTUM, ut hominem, unxit oleo non quidem, more illorum, externo, sed interno & vero lætitiæ oleo, hoc est, Spiritu & potentiâ, ultra consortes suos; ut ita super virgultum illud *Isai* requiesceret Spiritus sapientiæ, scientiæ, roboris & fortitudinis sine

mensurâ. *Psal.* 45. v. 8. *Esai.* 11. v. 1. *Esai.* 61. v. 1. *Dan.* 9. v. 25, 26. *Actor.* 10. v. 38. *Hebr.* 1. v. 9.

10. Hinc CHRISTI sive Messiae titulum, sibi ipsi Salvator noster vendicat, *Johan.* 4. v. 6. Angeli denunciant, *Luc.* 2. v. 11. Diaboli contremiscentes proclamant, *Luc.* 4. v. 41. Discipuli eius profitentur, *Matth.* 16. v. 16. Nec non constantissimè propugnant, *Job.* 2. v. 1. 2. & 22. & 1. *Job.* 4. v. 2, 3, 4. & 15.

Christiani
unde dicti.

11. A quo nostro CHRISTO sive Messia nos, qui in eum credimus, & fiduciam nostram collocamus, *Christiani* dicti sumus, & quidem primò omnium Antiochia. *Actor.* 11. v. 26.

κύριος
ἡμῶν.

12. Unde quoq; non immeritò κύριος ἡμῶν appellatur. Nam licet solis Judæis quoad nativitatem, & externam conversationem promissus esset, *Rom.* 15. v. 8. Veruntamen quoad reconciliationem nulla est distinctio vel Judæi vel Græci: Idem est DOMINUS omnium *Rom.* 10. v. 12. *Actor.* 10. v. 36. Idemq; est omnium σωτήρ, maximè verò fidelium, *2. Tim.* 4. v. 10.

De quâ natura unctio
intelligenda.

13. Cùm autem, ut paulò post docebimus, CHRISTI persona constet duabus naturis: *Humanâ* & *Divinâ*, unctio hæc non de hac, sed tantùm de illâ intelligenda est.

14. Quandoquidem juxta Divinam naturam λόγος non potuit ungi: nempe à quo, ut à Patre, Spiritus Sanctus procedit, ut non tam ungi, quàm ungere rectè dicatur: imò, ut utar verbis Damasceni, χεῖρις ἡ θεότης τῆς ἀνθρώποτητος, ipsa Deitas unctio humanitatis est; *De fid: Orthod: Lib.* 3. C. 3.

Unctionis
ratio duplex.

15. Unctionis huius rationem duplicem facit scriptura: *Unam*, quâ λόγος ipse, humanam naturam assumendo, eandem proprii sui Spiritus plenitudine unxit, atq; ita oleo Deitatis suæ lacratissimam carnem suam

suam

fuiam perfudit, juxta illud Apostoli ad Coloss. 2. v. 9: *In Christo inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.* Et Propheta David accuratè præfinivit tempus, quo hæc unctio futura esset, loco iam allegato. De quo unctio-
nis modo loquitur etiam Damascenus quando inquit: τὸ δὲ, χριστός, ὄνομα τῆς ὑποστάσεως λέγομεν, ἡ μονο-
τρόπως λεγόμενον, ἀλλὰ τῶν δύο φύσεων ὑπάρχον σημαίνοντα.
αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἔχρισε, χρίων μὲν ὡς θεὸς τὸ σῶμα τῆ θεότητι
αὐτῆ, χριόμενος δὲ ὡς ἄνθρωπος. *Nomen Christus Persona
dicimus, non unimodè dictum, sed duarum naturarum esse
significatum.* Ipse enim seipsum unxit, ungens quidem ut
DEUS suâ Deitate corpus, unctus autem ut homo. Ibi-
dem.

16. Alter unctio-
nis modus est, quo DEUS Pater, CHRISTUM, ut hominem, unxit oleo lætitiæ, hoc est, Spiritu Sancto, præ consortibus suis. De quâ unctio-
ne loquitur Commentator super allegatum locū Da-
masceni his verbis: *Præter hanc (nempe iam explica-
tam) & alia invenitur unctio-
nis ratio, in solo etiam DO-
MINO nostro JESU CHRISTO locum habens: de
quâ Psalm. 44: Propterea te unxit DEUS, DEUS tuus
oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Ubi Pater cælestis dicitur
unxisse CHRISTUM ut hominem, Spiritu Sancto, ibi-
dem significato per oleum lætitiæ, cum ipsum replevit exu-
perantissimè Spiritus Sancti charismatibus; & tantâ qui-
dem affluentia, ut Spiritum ei ad mensuram non dederit,
sed super aliorum omnium graduum & modum, & de ple-
nitudine ejus nos omnes acceperimus. Fuerunt quidē & ali-
j pleriq; Spiritus Sancti oleo largiùs delibuti: Verùm DOMI-
NUS noster præ consortibus suis, id est, sanctis omnibus æ-
ternæ vitæ coheredibus hoc pacto unctus est: quia fons est
primitivus unctio-
nis, ex quo derivatur in ceteros ista spiri-
tualis unctio, sicut unguentū in capite (quemadmodū dicit
Psal.*

2.

Psal.

(Psal. 132. v. 2. & 3.) quod descendit in barbam & in oram
vestimenti ejus: siquidem ipse caput, nos ejus membra su-
mus. Et de unctiōe hac pleraq; loca ante allegata, ut
Psal. 45. v. 8. Esai. 11. v. 1. Esai. 61. v. 1. notanda & legenda
sunt.

Non est i- 17. Ex haetenus explicatis colligitur eiusmodi τὸ-
de si dicas ρισμα: Non esse eandem Filij Dei denominationem, quā di-
λογος, citur λογος, & quā dicitur Christus.

vel Chri- 18. Nam licet Christus non alia sit Persona, & alia
stus. λογος; nihilominus nomine λογος Divina CHRISTI na-
tura, Personali proprietate determinata significatur,
quatenus nimirum Filius naturā DEUS, ab aeterno ge-
nitus est à DEO Patre, cuius substantiæ expressa imago
est, & splendor gloriæ paternæ. Heb. 1. v. 3. Nomine ve-
rò CHRISTI idem quidem λογος denotatur, sed incar-
natus, ut testatur id Damascenus loco jam allegato. Quo-
circa non sola caro dicitur CHRISTUS: Non enim
adesset ungens Deitas: neq; solus DEUS λογος, ut ante
creationem fuit, CHRISTI nomine venit: quia deesset
uncta humanitas: sed duabus naturis, humanā & divi-
nā constans, & unita Hypostasis, nomine hoc nuncu-
panda est. Et si enim humana natura non requiritur
ad constitutionem aeternæ, & seipsā perfectissimæ Per-
sonæ τὸ λογος; tamen ad integritatem Personæ CHRI-
STI, quatenus CHRISTUS, seu λογος incarnatus est, o-
mnino requiritur. Vid. Hunnium de Pers. Christ. p. 2.

Christi no- 19. Scriptura quidem nonnullis in locis nomen
men tri- Christi tribuit λογος & Filio DEI etiam ante incarna-
buitur, tionem. 1. Cor. 10. v. 9. Eph. 1. v. 4. Heb. 13. v. 8: Verum id fit
λογος an- vel ratione unitatis Personæ, vel incarnationis & offi-
te incarna- cii: atq; ita semper in respectu simul ad carnem assu-
tionem. mendam.

Christi de- 20. Ex hac nominis declaratione eiusmodi fuit
scriptio. CHRI-

CH R I S T I *descriptio: Christus est eternus aeterni Dei Filius, verus D E U S, à Patre ab eterno genitus, itemq; in plenitudine temporis verus homo ex laudatissimâ Virgine Mariâ natus, idq; unice propter salutem nostram.*

21. Cæterum ut propiùs ad rem accedamus, doctrina de cognitione **C**H R I S T I commodè distribuitur in duas partes: quarum prior agit de personâ, posterior de officio. Doctrinæ de Christo divisio.

22. Personam ut rectè cognoscamus, ad duo iterum est attendendum: 1. Ad Unionem Hypostaticam: 2. Ad Unionis illius effectum. De Persona.

23. In *θεωσία* Unionis Hypostaticæ consideranda sunt partim extrema, hoc est *Natura*, quæ hîc uniuntur: partim ipse Unionis modus. Unio hypostatica

24. Itaq; videndum primùm, quæ sint illæ *natura*: Deinde quomodo Christum denominet.

25. *Naturæ* sunt duæ: *Divina* & *Humana*.

Naturæ

26. *Divina natura* duplici modo in sacris sumitur: vel simpliciter & absolutè: vel singulariter & respectivè. duæ. i. Divina.

27. *Absolutè sumta divina natura* dicitur, quâ una est, & tribus Personis Divinitatis communis. Vel absolutè sumitur.

28. *Singulariter & respectivè accepta est Divina natura* τὸ λόγος, vel λόγος ipse sive Filius D E I. Vel respectivè.

29. Loquimur igitur in hoc negotio de *Divinâ naturâ* non priore modo sumtâ: aliàs enim totam Trinitatem incarnatam esse, concedendum foret: sed posteriore. Quandoquidem solus Filius D E I, non Pater, non Spiritus Sanctus, humanam naturam assumpsit: Posteriori modo hic sumitur.

juxta illud *Joh. 1. v. 14.* ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Et *Paulus Rom. 8. v. 3.* inquit: *D E U S* misit Filium suum in similitudine carnis peccati. Item ad *Gal. 4. v. 4.*

B

Ubi

Ubi venit plenitudo temporis, misit DEUS filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.

2. Humana natura.

Personam humanam λόγος non assumpsit. Natura humana propterea non est imperfecta.

30. Porro humana natura est ipsa hominis substantia, constans animâ rationali, & corpore Organico: quam integram & totam ex substantia Mariæ virginis, in suæ personæ unitatem assumpsit Filius DEI, relicta tamen personalitate. Non enim persona assumpsit personam: tum enim duæ essent personæ: sed ut una esset persona indissolubilis, DEUS & Homo, secunda persona Divinitatis assumpsit nostram naturam.

31. Id verò naturæ humanæ, ut in personâ CHRISTI subsistit, non arguit imperfectionem. Quandoquidem non subsistentia, sed existentia plenam sive completam naturæ perfectionem largitur: subsistentia quidem est complementum aliquod; verum externum, ratione actualis existentia: non enim illius *ἐν* ingreditur: Quocirca natura perfecta esse potest: sive subsistentia, tanquam modus, ex illâ fluat: sive extrinsecus illi superaddatur. Cùm ergò hîc humana natura assumatur in communitatem Personæ infiniti DEI; manifestum est, quòd ratione Personalitatis non imperfectior sit nostris personis vel naturis, sed eiusmodi perfectionem sortita, quæ omnem omnino perfectionem infinities superet, imò omnis perfectionis perfectio est.

A naturis denominatur Christus. I. Deus.

Christum Deum esse

32. Cæterùm à naturis hisce denominatur CHRISTUS, à Divina DEUS, ab humanâ Homo.

33. CHRISTUS igitur Salvator noster reverà DEUS est: Probo duplici argumentationum genere: Primum famitur à nominibus solo DEO competentibus: Alteram accipitur ab attributis Divinis.

34. Primum genus continet sex argumenta. I. Quia dicitur *Filius DEI vivi, non quidem gratiâ, sed naturâ: ideoq;*

ideoq; ex essentiâ eius unicus & solus ab æterno geni-
 tus est. Nempe ad quem Jehova Psal. 2. v. 7. inquit: *Fi-*
lius meus es tu, hodie genui te: Quam etiam ob causam
Filius ipsius unigenitus, Johan. 3. v. 16. Patriq; ὁμοούσιος pro-
 nunciatur, Job. 10. v. 30. Job 14. v. 9, 10. Heb. 1. v. 3. II. Quia
 ipsi in scripturis essentielle DEI (Exod. 3. v. 15. & 16. Esai.
 42. v. 8.) nomen JEHOVA tribuitur, quod alias nulli
 creaturæ competit: Jerem. 23. v. 5: *Ecce dies venient, di-*
cit DOMINUS, & suscitabo David germen justum, & re-
gnabit Rex, & hoc est nomen, quod vocabunt eum, JEHO-
VA, JUSTITIA nostra. Sic Esaias Propheta videt
 majestatem Iehovæ DEI exercituum, Esa. 6. v. 1. Quod
 Iohannes expressè ad Christum refert cap. 12. v. 41. Sic
 locum illum Esai. 45. v. 23. Ait JEHOVA: *In memetipso*
juravi, egredietur verbum justitiæ ex ore meo, & non rever-
tetur, quia mihi curvabitur omne genu, & omnis lingua
confitebitur mihi: illum, inquam, locum de Christo lo-
 qui, docet Apostolus Paulus partim Roman. 14. v. 12:
Omnes sistemur ad tribunal Christi: scriptum est enim: Vi-
vo ego, dicit JEHOVA: mihi flectetur omne genu, & o-
mnis lingua confitebitur DEO: partim Phil. 2. quando
 v. 10, 11, ait: *Ut omne genu flectatur in nomine Jesu, & o-*
mnis lingua confiteatur, quod Jesus Christus sit DOMI-
NUS, in gloriâ Patris. III. Quia expressè dicitur DEUS
 in Veteri & Novo Testamento. In illo; Psalm. 45. v.
 7, 8: *Solium tuum, O DEUS, in seculum seculi, virga di-*
recta, virga Regni tui. Dilexisti justitiam & odisti iniqui-
tatem: propterea unxit te DEUS, DEUS tuus oleo leti-
tiae præ consortibus tuis. Esa. 9. v. 6. dicitur DEUS fortis.
 Esa. 35. v. 5: *DEUS ipse veniet, & salvabit nos: Tunc ape-*
rientur oculi cæcorum. Quem locū ad se refert ipse Chri-
 stus Matth. 11. v. 5. In hoc, Iohan. 1. v. 1, *In principio erat*

probatum
 nominibus
 soli DEO
 competen-
 tibus.

I.
 2.

3.

Verbum, & Verbum erat apud DEUM, & DEUS erat Verbum. Actor. 20. v. 28: DEUS acquisivit Ecclesiam sanguine suo. Quod de solo Filio intelligendum esse, per se liquet. Rom. 9. v. 5: CHRISTUS est ex patribus secundum carnem, qui est super omnia DEUS benedictus in secula. 1. Tim. 3. v. 16. Citra controversiam magnum est pietatis mysterium, DEUS est manifestatus in carne. 1. Joh. 5. v. 20: Ut simus in Jesu Christo, hic est verus DEUS, & vita eterna. I V. Quia est unus & solus Dominus, 1. Cor. 8. v. 6. DOMINUS gloriae, 1. Cor. 2. v. 8. de caelo, 1. Cor. 15. v. 47: Rex Regum & Dominus Dominantium, Apoc. 17. v. 14. & cap. 19. v. 16. V. Quia dicitur equalis DEO, Phil. 2. v. 7. VI. Quia vocatur splendor gloriae, & imago substantiae Patris, Heb. 1. v. 3.

Christum Deum esse probatur partim attributis divinis, partim operibus.

35. Alterum argumentorum genus sumitur partim ab attributis Divinis, partim ab operibus. Ab attributis quidem: I. Ab aeternitate: quia Messiae nostrae aeternitas tribuitur: ideoque verus DEUS est. Antecedens probatur. I. quia ab aeterno est genitus à Patre, Psal. 2. v. 7. *Hodie genui te. Quod hodie & nunc non temporale, sed aeternum est: cum in DEUM tempus non cadat. Quod patet ex Psal. 90. v. 4. II. Quia est Pater aeternitatis Esai. 9. v. 6. III. Quia egressus eius est à diebus aeternitatis, Mich. 5. v. 2. IV. Quia, quando omnes res creatae sunt, erat λόγος apud DEUM, & non unà creabatur, Job. 1. v. 1. V. Quia est ipsa vita aeterna, 1. Job. 1. v. 2, & c. 5. v. 20. VI. Quia habuit gloriam apud Patrem, antequam hic mundus esset. Job. 17. v. 24. VII. Quia sumus electi in CHRISTO ante constitutionem mundi, Eph. 1. v. 4. id est ante tempora aeterna, ut interpretatur Epist. ad Titum. c. 1. v. 2. IIX. Quia est primus & novissimus, ut dicitur Esa. 44. v. 6. quod pro se citat Filius DEI, Ap. 1. v. 18. *Ego sum α & ω primus & novissimus, & vivus, & fui mortuus.**

36

36. Secundum à cultu adorationis: Quia is in scri-
pturis manifestissimè defertur CHRISTO. Adorare ve-
rò neminè licet, nisi solum DEUM, ut ipsemet CHRIS-
tus testatur Matth. 4. v. 10, ex Deut. 6. v. 13. & cap. 10. v.
14: DOMINUM DEUM tuum adorabis, & ipsi soli ser-
vies. Quòd igitur CHRISTUS sit adorandus, probatur:
I. Quia illum adorant omnes Angeli eius, Psal. 97. v. 7.
Quod in Epist. ad Hebræos cap. 1. v. 6. de CHRISTO di-
ctum esse docetur. II. Quia omnes honorare debent
filium sicut patrem, Joh. 5. v. 23. III. Quia adoratur à
cæco Joh. 9. v. 39. IV. Invocatur à Stephano, Act. 7. v. 59.
Videatur etiam cap. 9. v. 21. 1. Cor. 1. v. 2. Phil. 2. v. 10. Apoc. 5.
v. 8. & 14.

37. Argumenta ab operibus desumpta. I. In Genere. Argumen-
ta, ab ope-
Quia eadem opera, quæ operatur Pater, est ipse opera-
tur, Johan. 5. v. 17. & c. 10. v. 37. Et per miracula eius glo-
ria tanquam unigeniti à Patre, conspecta est Johan. 1.
v. 14. Quibus certò non alienam virtutem, sed suam
propriam gloriam manifestavit Johan. 2. v. 12. II. In
specie. Opere Creationis: Quia per eum omnia facta
sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est (Jo-
han. 1. v. 3.) sive in coelo sive in terra, Coloss. 1. v. 16. III. Conserva-
tionis.
Opere conservationis: Quia portat omnia verbo sive
nata potentia suæ, Heb. 1. v. 3. IV. Quia est καρδιωγώσης. Est καρ-
Videt enim cogitationes Phariseorum, Marc. 2. v. 8. διογώσης
& noscit omnes, nec opus habet, ut quisquam testetur
de homine: ipse enim scit, quid sit in homine, Joh. 2.
v. 24. & 25. Et Apoc. 2. v. 23. de se ipso testatur Filius DEI:
Scient omnes Ecclesie, quòd ego is sum, qui scrutor renes &
corda: & dabo unicuique, vestrum secundum opera sua.

38. Porrò ut CHRISTUS sive Messias noster est verus
DEUS: ita quoq; verus & naturalis homo est, factus,
conceptus & natus, sicut alii homines, excepta origi-
nali

hali labe. Quod probo primùm in genere de totâ hu-
manitate, deinde in specie de animâ.

I. In genere
de totâ hu-
mana na-
tura,

I.

39. De totâ humanitate loquuntur sequentia dicta.
Esa. 7. v. 14: *Ecce Virgo concipiet, & pariet FILIUM, &
vocabitur nomen ejus IMM ANUEL.* Ioh. 1. v. 14. *Verbum
caro factum est.* Rom. 1. v. 1. *Segregatus in Evangelium
DEI, & c: de Filio suo, qui genitus fuit ex semine David,
secundùm carnem.* 1. Tim. 2. v. 5: *Vnus conciliator DEI &
hominum, Homo Jesus Christus.* Galat 4. v. 4: *Vbi venit
plenitudo temporis, misit DEUS filium suum factum ex mu-
liere, factum sub lege.* 1. Tim. 2. v. 16: *DEVS est manife-
stus in carne.* 2. Tim. 2. v. 8: *Memento, Jesum Christum,
surrexit à mortuis, ex semine David, secundùm Evange-
lium meum.* Ubi si Paulus, ut quidam volunt, de Evan-
gelio, quod ex eius ore Lucas scripsit, loquitur ad Ge-
nealogian. Christi, quæ Lucæ. 3. habetur, Timotheum
remisit. Hebr. 2. v. 14: *Quia pueri communicaverunt car-
ni & sanguini: & ipse similiter participavit iisdem.* Ibid.
v. 16: *Nunquam enim Angelos assumpsit: sed semen Abrabæ:
Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, ut misericors
esset, & fidelis Pontifex.* Heb. 4. v. 15: *Non habemus Pon-
tificem, qui non possit affici sensu nostrarum infirmitatum,
sed tentatum per omnia absq; peccato.* Petrus 1. Epist. 1.
dicit, *Christum passum pro nobis in carne:* quo quid ali-
ud vult, quàm Christum hominem esse? Et Actor. 10.
v. 38. Idem Petrus Cornelio Christum verum homi-
nem esse affirmat, eò quòd dicit, *eum ambulasse, & bene-
fecisse, & sanasse omnes oppressos à Diabolo in regione Ju-
deorum & Hierosolymis, & occisum esse, & suspensum de li-
gno, & revixisse tertio die: & à discipulis suis visum esse, &
cum ijs comedisse ac bibisse: & ceteros Apostolos ab eo mis-
sos esse ad prædicandum & testificandum, quòd sit à DEO
constitutus iudex vivorum & mortuorum.* Et Apostolus
Pau-

Paulus *Actor. 13.* historiam de passione & morte Christi perstringens, nihil facit aliud, quàm ut ostendat, Christum verum fuisse hominẽ, quem condemnarint innocentem Cives & Principes Hierosolymitani, & proderint Pilato, postulantes, ut eum interficeret.

40. Omnes igitur Apostoli, & plures, quàm quingenti fratres, & totus populus Iudaicus, qui seculo isto vixerunt, testati sunt, *Jesum Christum verum hominem fuisse.*

41. Idem porro confirmant opera eius, quæ à Christo, ut homine, sunt profecta, & quidem tam, quando ἑσκήνωσε, habitabat inter nos, ut Iohannes *cap. 1. v. 14.* commemorat: Vel fuit ἐν μορφῇ δούλου, in forma servi, ut Paulus *Phil. 2. v. 7.* loquitur. Primùm enim conspiciantur in eo operationes vitæ naturalis, quæ est τῆς θρεπτικῆς & facultatis nutritivæ propria; nempe esuriebat, sitiebat, comedebat, bibebat, dormiebat. Deinde aderant operationes vitæ animalis, quæ sunt vel in τῶ ἀιδηλικῶ & facultate sensitivâ: videbat enim, audiebat, olfaciebat, gustabat, tangebatur: vel in κινήτικῶ, locomotivâ: Nam ingrediebatur, stabat, sedebat, jacebat: vel in θυμηλικῶ & ἰσθυμηλικῶ, facultate irascibili & concupiscibili: gaudebat, tristitiâ afficiebatur, irascebatur, dolebat, flebat. Tandem quoque non deerant operationes vitæ rationalis, & τῆς διανοητικῆς. Intelligebat enim, enunciationes componebat, ratiocinabatur & loquebatur. Quibus operationibus veram humanam naturam vel hominem ἀποσεκτικῶς arguentibus & probantibus, manifestissimũ est, Christum esse verum & perfectum hominem, animã non tantũ ἄσπυλικῆν, ut quidem olim nonnulli Hæretici nugabantur, sed λογικῆν quoque & corpore Organico constantem.

42. Ad

42. Adstipulantur etiam Veteris Testamenti & Prophetarum Testimonia, quibus est prædictum, JESUM CHRISTUM, semen mulieris, semen Abrahamæ & Davidis futurum. *Gen. 3. v. 15. c. 12. v. 3. c. 17. v. 19. c. 22. v. 18. c. 26. v. 4. c. 49. v. 11. Num. 24. v. 17. Deut. 18. v. 18. 1. Reg. 2. v. 10, 15. 2. Reg. 7. v. 12. Esai. 7. v. 15. Dan. 7. v. 13.*

43. Etsi autem in allegatis testimoniis frequenter *carnis* mentio fit: non tamen propterea cum Hæreticis nonnullis censendum est, CHRISTI humanitatem animâ destitui: Verùm potius sciamus, id fieri Phrasi Sacræ scripturæ peculiari, quæ sæpius à parte totum denominat. Quod verum esse, probant dicta: *Gen. 6. v. 12: Omnis caro (id est omnes homines) corruerat viam suam. Sic Sapient. 7. v. 2: In ventre matris meæ figuratus sum caro, id est homo. Eccles. 14. v. 18: Finis universæ carnis, (id est generis humani universi) venit. Esai. 40. v. 6: Omnis caro fœnum; quod dictum repetitur 1. Pet. 1. v. 24. Jac. 1. v. 10. Matth. 24. v. 22: Ni dies illi decurtati fuissent periret omnis caro. Luc. 3. v. 6: Et videbit omnis caro salutare DEI. Joh. 17. v. 2: Et dedisti ei potestatem universæ carnis. Act. 2. v. 17. Effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Rom. 3. v. 20: Ex operibus Legis non justificabitur omnis caro.*

II. In specie de anima.

44. Quòd autem λόγος non tantum carnem, & corpus ἀψυχον: sed σάρκα ἐψυχωμένην, carnem animatam, & quidem ψυχῆ λογικῆτε ἔνοεσαν, hoc est, animâ rationali & intellectuali præditam; *Damascenus lib. 3. c. 3*: atq; ita integram humanitatem assumserit, id triplici probamus medio. I. Quia vocatur expressè homo in multis Sacræ scripturæ locis ut constat ex jam allegatis: Verùm homo non dicitur à carne, sed ab humanitate, sive humanâ naturâ, quæ constat corpore & animâ rationali. II. Quia ipsa salutis nostræ ratio postula-

stula-

Assulavit, ut CHRISTUS non tantum carnem five corpus, sed etiam animam, & ita totum hominem assumeret. Quod enim peccatis pollutum erat, id assumendum erat CHRISTO: & quod assumpsit, illud salvavit: quod verò non assumpsit, non salvavit, juxta illud Nazianz. Epist. 2. ad Cleodonium: τὸ γὰρ ἀπεὸς ἀληπίον ἀθεράπειτον: *Quod assumptum non est, curatum non est.* Jam non dimidium tantum hominis erat lapsus & peccatis inquinatum: sed totus homo: Ergo neq, CHRISTUS dimidium tantum, sed totum ex substantiâ nostrâ assumpsit hominem, ut ita toti salutem repararet. III. Quia etiam ipsius animæ expressa fit mentio in sacris. Matt. 20. v. 28: *Filius hominis venit, ut daret animam suam, λύτρον pro multis.* Matth. 26. v. 28: *Tristis est anima mea, usq, ad mortem.* Luc. 23. v. 46: *Pater in manus tuas commendo SPIRITUM MEUM: & hoc dicens expiravit,* hoc est, Matthæo teste & interprete Cap. 27. v. 50, *emisit SPIRITUM.* Joh. 10. v. 15: *ANIMAM meam pono pro ovibus meis.* Item v. 18: *Nemo tollit ANIMAM meam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.*

45. Concludimus ergo cum Symbolo Athanasij: *Est fides recta, ut credamus & confiteamur, quia DOMINUS noster, Jesus Christus, DEI Filius, DEUS est homo est. DEUS ex substantiâ Patris ante secula genitus: & homo ex substantiâ matris in seculo natus. Perfectus DEUS, perfectus homo, ex animâ rationali, & humanâ carne subsistens.*

46. Semper autem peccatum excipimus. Nam licet λόγος unâ cum humanâ naturâ, verâ ac integrâ, in se quoq; reliquas infirmitates omnes ad tempus receperit: nunquam tamen peccato maculatus vel corruptus fuit. *Peccatū λόγος nō assumpsit.*

C

47. In-

Infirmi-
tes omnes
ad tempus
recepit.

47. Infirmities illas Orthodoxi Episcopi apud Ni-
cephor: L. 17. C. 29, & Evagrium Lib. 4. cap. 39. vocant φυσικὰ
& ἀδιάβλητα πάθη, hoc est naturales & irreprehensi-
biles passiones: hoc est, quæ citra peccatum homini ni-
sunt, ut lassitudo & somnus, Marc. 4. v. 38. Fames, Matt.
4. v. 2. Matth. 21. v. 18. Gaudium, Luc. 10. v. 21. Tristitia,
Matth. 26. v. 37. Luc. 12. v. 50. Job. 12. v. 27. Ira, Marc. 3. v. 5.
Fuga doloris, Matth. 26. v. 39. Item reliquæ imbecillita-
tes, non quidem personales, ut sunt lepra, phthisis, cæ-
citas, &c: Sed naturales, quæ tanquam pœna peccati,
totam speciem consequuntur. Nam CHRISTUS, for-
mâ servi acceptâ, in similitudine hominum factus, &
habitu inventus ut homo, ut testatur Apostolus Phil. 2.
v. 7: hic per omnia tentatus est ut homo, Heb. 5. v. 2. In-
de usq; à nativitate, Esai. 7. v. 17. Luc. 2. v. 40. Et Esaias
cap. 53. uno versû 7. omnes infirmitates illas complecti-
tur inquit: Verè languores nostros ipse tulit, & dolores
nostros ipse portavit.

48. Subjecit autem CHRISTUS suam carnem im-
becillitatibus & infirmitatibus illis, non ἀπλῶς & sim-
pliciter: sed duntaxat ad certum tempus, nempe quo-
usq; pati, mori, & sepeliri posset. Quò respexit Apo-
stolus Paulus Rom. 6. v. 10. quando ait: Christus resusci-
tatus ex mortuis, jam non moritur: mors illi ultrà non do-
minabitur.

49. Illa autem omnia in CHRISTO sine peccato
fuisse, probatur: I. Quia id expressis verbis testatur
Epistola ad Hebr. cap. 5. v. 2. Non habemus Pontificem,
qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum au-
tem per omnia juxta similitudinem, ABSQVE peccato.
Item Paulus Rom. 8. v. 3: In similitudine carnis peccatri-
cis missus, hoc est, ut Ecclesia canit: In carne nobis simi-
lis.

lis, Peccato sed dissimilis. I I. Quia dicitur τὸ ἅγιον, San- a.
 ctum, Luc. 1. v. 35. & Sanctum sanctorum, Dan. 9. vers. 24.
 I I I. Quia peccatum neq; novit, neq; fecit, 2. Cor. 5. v. 3.
 21. 1. Pet. 2. v. 22. I V. Quia est ἁμωμος, ἁππιλα, ὄσι
 ἁκαπ, καὶ ἁμιάωτος, 1. Pet. 1. v. 19. Heb. 7. v. 26. 4.

50. Quibus ita demonstratis, sequentia πῶρισματα πῶρισμα-
 ultrò sequuntur. Primum. Quòd licèt Christus dicatur τὰ.
 Ἔστὶν Filius Dei; sit nihilominùs verus Deus: cum, ut de- 1. Christus
 monstravimus, non sit gratiâ, sed naturâ filius: ideoq; est verus
 DEO Patri ὁμοίσιος, Johan. 10. vers. 30. cap. 14. vers. 9, 10. Deus
 Hebr. 1. v. 3.

51. Secundum πῶρισμα: Quòd solus Filius, secunda 2. Solus Fi-
 Trinitatis Persona non natura Divina simpliciter, Ἔτα, lius, non
 tota Trinitas, sit incarnata: Quòd q; solus Filius, non etiam tota Trini-
 Pater sit passus. Nam inter DEUM, cui est Filius, & i- tas est, in-
 ipsum Filium, apertè discernit Apostolus Roman. 1. v. 3. carnata:
 inquit: Ἐναγγέλιον ΘΕΟΥ πρὸς τὴν γιοι αὐτῶ. Et de Solus etiã
 Filio quidem affirmat, ex semine DAVIDIS eum pro- filius, non
 gnatum esse secundùm carnem, inq; eã declaratum: etiam Pa-
 de Patre verò nihil minùs. Cui sententiæ porrò ad- ter est pas-
 stipulantur alia Scripturæ loca Joh. 1. v. 1. Verbum erat sus.
 apud DEUM. Vers. 14. Et verbum illud caro factum est.
 Rom. 8. v. 3. DEUS suum ipsius Filium misit in formã con-
 simili carni, peccato obnoxia, &c.

52. Tertium πῶρισμα: Quòd CHRISTUS neq; af- 3 Christus
 sumserit Phantasticum seu putativum, neq; Divinum, cœ- neq; phan-
 leste vel sidereum corpus. Cùm claris & perspicuis Sacra- tasticum
 scripturæ testimoniis & rationibus contrarium de- neq; divi-
 monstratum sit. Quandoquidem secundùm carnem num sive
 ex patribus est, Roman. 9. vers. 5. Natus ex muliere, cœleste cor-
 pus assum-

Gal. 4. v. 4. Pueris consimiliter, carnis & sanguinis particeps factus est. Hebr. 2. v. 14.

4. Christi § 3. Quartum *πέντημα*: Quod Christi corpus non fuerit *ἀπαδὲς*: Verè enim languores nostros ipse tulit, & fuit *ἀπαδὲς* dolores nostros ipse portavit, *Esai. 53. v. 4.* Estq; reverà in carne passus & mortuus, *1. Petr. 3. v. 18. & 4. v. 1,* imò in omnibus tentatus infirmitatibus, ut compati posset. *Heb. 4. v. 15.*

5. Christus § 4. Quintum: Quod Christus homo non tantum corpore & *πνεύματι*, verum etiam animà præditus sit, ut demonstravi- anima præ-
dicitur est. *mus.*

6. Caro Christi post *ἐνώσειν* non est in Deum conversa. § 5. Sextum: Quod caro post *ἐνώσειν* non sit absorpta & in DEUM conversa: Sed manserit integra, vera & perfecta: quod manifestum est ex dicto Paulino, ubi dicit, CHRISTUM esse *ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ σαρκὸς κατὰ σάρκα*, inquit Apostolus: quo dilucidè factis carnem in personam *τῆς λόγου* assumptam, à *λόγῳ* & divinâ naturâ distinguit, ac utriusq; integritatem vindicat. Quandoquidem *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο*, non, ut consumeret & conficeret, sed ut consummaret & perficeret, *τεὸς ἰν εἰ τὸν υἱὸν θεοῦ ἐν δυνάμει ὀρίζη* & conspicuum redderet, ut Apostolus loquitur. Atq; nunc etiam per incarnationem & post eam passim in sacris dicitur homo & filius hominis. *Johan. 8. v. 40. Item 3. v. 13. & 14.* Imò ipse CHRISTUS post resurrectionem in gloriâ suâ, se verum hominem esse Discipulis *δεικτικῶς* probavit. *Luce. 24. vers. 39, 40, 43.* Idemque testatur Stephanus *Actor. 7. vers. 56.* & Paulus *ibidem Cap. 17. vers. 31.*

§ 6. Non enim *ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο κατὰ μεταβολήν, ἀλλὰ κατ' ἀμεταβλησίαν*: ita nimirum, ut caro & *λόγος*

fine

sint unum: nec tamen λόγος in carnem, vel caro in
λογον sit conversa. Hinc Orthodoxè & piè Græci
Theologi dixerunt, duas in CHRISTO naturas esse,
θεῶν, ἑν αἰς, Ἐ ἄπερ ἴσι, ex quibus CHRISTUS constet,
in quibus subsistat, & sit utrunq; DEUS & Homo.

57. Interpretationem & explicationem huius dicti
confirmant similia Scripturæ testimonia. Nam Heb. 2.
v. 16. dicitur: *Non equidem Angelos assumpsit, sed semen
Abrahe*: Ubi verbum ἐγένετο, apud Johannem positum,
explicatur per verbum ἑπιλαμβάνειν, *assumere*. Sic Rom.
8. v. 3. dicitur quòd Filius DEI mittatur in carnem, &
1. Johan. 4. v. 2. quòd veniat in carnem, non verò mute-
tur in carnem. Item Coloss. 1. v. 19. & c. 2. v. 9. legimus:
quòd in ipso habitet tota plenitudo Deitatis corpo-
raliter. Vbi expressè duæ naturæ ponuntur: *Divina*,
quæ exprimitur per *Deitatis plenitudinem*: *Humana*,
quæ indigitatur per σῶμα, *corpus*: additurq; simul unio
per *inhabitationis* vocem.

58. Septimum πρόβλημα: *Quòd in Christo gemina vo-* 7. In Chri-
luntas sit concedenda: Divina, quam cum Patre obtinet *sto gemina*
ἁμοῦσιον, quatenus λόγος: & *Humana* priori subdita & *voluntas*
conformis, quatenus homo est. Quia enim CHRI- *est conce-*
stus, quà homo, animâ præditus est, uti id iam iam e- *denda.*
vicimus: utiq; huic homini sua quoq; non deerit vo-
luntas. Luc. 22. v. 42: *Non Mea voluntas fiat, sed TU A.*
Matth. 26. v. 39. Marc. 14. v. 36.

59. Hactenus de duabus naturis: viden-
dum nunc, quomodo u-
nitæ sint.

Unionis modus, quo naturæ hæ unitæ sunt, est *Hypo-*
staticus

Unioni du-
arum natu-
rarum in
Christo mo-
dus est Hy-
postaticus.

staticus. Ubi primùm terminorum *Hypostaseos*, & qui ad hunc reducuntur: & deinde *Idiomatis*, sine quo etiam nec definiiri mysterium hoc, nec explicari potest, significatio est perpendenda: & deinde res ipsa explicanda.

Vocis Hy-
postaseos
significata.

1. Est idem
quod exi-
stentia.

60. Vox *Hypostaseos* triplicem habet significatio-
nem hinc annotandam: Prima *generalissima* est, & idem
significat, quod *existentia* sive *ὑπαρξις*: in quo signifi-
catu *ὑπόστασις* & *ἰσμία* sive *substantia* planè idem sunt.
Qua æquivocatione utuntur quidam Patres Græci,
quia ipsas naturas in Personâ CHRISTI dicebant *ὑπο-
στάσις*.

2. Supposi-
tum notat.

61. Deinde sumitur aliquo modo *strictius* pro *sup-
posito*, quod denotat *καθ' αὐτὸ καὶ ἰδιοῦσάτορ ὑπαρξις*,
ostenditq; individuū, distinctum ab aliis individuis,
sive eiusdem sive diversæ speciei: nec non includit tam
animata, quàm inanimata, tam rationalia, quàm irra-
tionalia; tam immortalia, quàm mortalia.

3. Personam
significat.

62. Tertia & ultima significatio *strictissima* est, & si-
gnificat *substantiam individuum, intelligentem, incom-
municabilem alteri Hypostasi, non dependentem ab alio, neq;
existentem in toto tanquam partem; sed per se subsistentem
ut totum perfectum, & in suo genere absolutum.* Talis
Hypostasis est Petrus, Paulus, itemq; in Sacrosanctâ
Trinitate, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. In quâ
potestate sive significatione hoc loco potissimùm acci-
pitur.

Vocis Per-
sonæ du-
plex signi-
ficatio.

63. Cæterùm quod in articulo & Mysterio hoc Græ-
cæ Ecclesiæ vocant *ὑπόστασις*, id Latinæ dicunt *Personam*:
Cuius quoque duplex significatio annotanda;
*Alter a generalis & accidentalis; altera specialis & substan-
tialis.*

64. Ge-

64. *Generalis & accidentalis est, quando Persona accipitur pro χέρει, conditione, facie quoq; & vultu histrionico. In hac significatione Valla Lib. 6. cap. 34. Personam finit qualitatem, quâ homo ab homine differt, corpore, animo & fortunâ. Ut Hector ad Priamum persona filii est; ad Altyanacten persona patris, ad Andromachen persona mariti, ad Paridem persona fratris, ad Sarpedonem, amici; ad Achillem, inimici. In hac significatione locutus est Cicero ad Atticum: Ad eam rationem satis aptam esse existimabam naturâ & personam meam. Item in Philipp. Magnum est in Repub. tueri personam Principis. Sic pro Sylla: Vehementem & acrem personam, quam mihi tempus & Respub. imposuit, jam voluntas & natura ipsa detraxit. Et pro Muræ: Gravitate severitatisq; Personam non appetij. Et Seneca inquit: Heredis fletus sub Personâ risus est. Sic dicimus Personam malle, quàm faciem: pro videri malle, quàm esse, &c: Verùm hæc significatio huius loci non est.*

65. *Specialis & substantialis est, quâ sumitur in hoc articulo, & coincidit cum tertiâ significatione Hypostaseos: nempe denotat substantiam individuum, rationalem, ut diximus Thesi 62.*

66. *Termini, qui ad ὑπόστασιν reducuntur, sunt, ἐνυπέστατον & ἀνυπέστατον.*

67. *Ἐνυπέστατον vox habet duplicem significationem: Generalem, quæ etiam in Philosophiâ & communi loquendi usu locum habet: Et specialem, quæ tantum in articulo hoc de incarnatione Filii Dei, & unione Hypostaticâ locum obtinet.*

68. *Illa iterùm duplex est. Primùm significat universale: nempe quod secundum se non subsistit, sed in personis sive hypostasibus subsistentiam habet. Sic species sive natura hominum non habet propriam hypostaticam.*

post-

postasim: sed & aliquid in hypostasi Petri, Pauli, Jo-
hannis, &c: Deinde significat *partem* & potissimum
essentialem: Sic corpus humanum seorsim sumtum,
non est hypostasis, ut neq; anima Persona est; sed &
hæc & illud *ἑνωπύσασα* rectè dicuntur.

69. *Specialis* significatio, uti diximus, tantum Theo-
logica est, & denotat neq; universalem naturam, neq;
partem essentialem: sed integram essentiam individu-
am, in alterius personam assumtam, in quâ subsistenti-
am habeat. Atque significatio hæc tantum competit
carni sive humanæ naturæ CHRISTI, qui non *ὑπόστασις*
est, sed potius *ἑνωπύσαστος*: nempe subsistens in Personâ
τῆς λόγῃ, à quâ assumta est.

2. *ἑνωπύ- 70. ἑνωπύσαστον* duplicem quoq; significationem ha-
σαστον. bet. Primum enim *ἑνωπύσαστος* id dicitur, quod neque
essentiam, neq; existentiam habet, ideoq; *ἀπλῶς* nihil
(quod nihil negativum vocant) est. Deinde *ἑνωπύσαστον*
dicitur accidens. Id enim, cum non per se existentiam
habeat, sed in alio, substantiæq; opponatur; Omnis
autem *ὑπόστασις* sit substantia; sequitur, quòd non *ὑπό-*
σαστις, sed *ἑνωπύσαστον* definiendum sit.

Idiomata. 71. Tandem *idiomata* hoc loco vocamus omnia illa,
quibus in unitate Personæ *τῆς λόγῃ*, duæ istæ naturæ
à se invicem distinguuntur. Alia itaque erunt idio-
mata naturæ Divinæ; alia iterum naturæ humanæ:
Vocantur etiam proprietates naturarum, itemq; diffe-
rentiæ, propria attributa, &c. Atq; hæc de vocibus.

ipse modus 72. *Rem*, hoc est, *ipsum unionis modum* quod spectat,
unionis. tenendum initio est, quòd *unio* sit ex numero illorum,
quæ *πρὸς ἑ* dicuntur: quocircà duos habebit terminos
sive extrema, ideoq; duplicem considerationem: siqui-
dem omnis Relatio ad suos terminos respicit, & per il-
los fundatur, terminatur, explicatur.

73. Ter-

73. Termini sunt: *Due natura, & Persona.* *Unionis*

74. Modum unionis huius, ratione duarum natu- *termini.*
rarum, Orthodoxis, piis & emphaticis verbis explicat *Unionis*
Synodus Chalcedonenfis: cuius Patres, teste *Zonarâ* *modus*
Tom. 3. in vitâ Martiani Imperatoris fol. 139: Ἐδογματίσω, *ratione*
τὸν κύριον ἡμῶν Ἰσθὺν Χριστὸν, τέλειον ἐν θεότητι, καὶ τέλειον ἐν ἀν- *natura-*
θρώποτητι, καὶ θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἀνθρώπον ἀληθῶς, ἐκ ψυχῆς λο- *rum.*
γικῆς καὶ σώματι, ὁμοῦσιον, καὶ ὁμοίος καὶ πάντα, χωρὶς ἀμαρ-
τίας, ἓνα τὸν αὐτὸν ἐν δύο φύσεσιν, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαρέ-
πτως, ἀχωρίτως γνωριζόμενον, σωζομένων τῶν ἰδιωμάτων φύσεως
ἑκατέρας, καὶ εἰς ἓν πρῶτον σωτρεχόντων, καὶ μίαν ὑπόστασιν:
Statuerunt, Jesum Christum, Dominum nostrum, perfe-
ctum esse in divinitate, & perfectum in humanitate, verè
Deum, & verè hominem, qui animâ ratione præditâ & cor-
pore constet, ejusdem naturæ cum patre secundum Divini-
tatem, & ejusdem naturæ nobiscum, & per omnia nobis si-
milem, excepto peccato: qui unus idem in duabus naturis
inconfusè, inconvertibiliter, inseparabiliter & indistan-
ter agnoscatur, servatis utriusq; naturæ proprietatibus, &
in unam personam atq; unam hypostasin conspirantibus.
Integrum quoque hoc decretum totidem literis & syl-
labis recenset *Evagrius Libr. 2. cap. 4. fol. 134: Græc: 810.*
Latin.

75. In quo decreto primùm terminus, nempe *utraq;*
natura, rectè & Orthodoxè exponitur, nempe quòd in
unione hac subsistant duæ integræ ac perfectæ naturæ,
divina & humana: ut id in præcedentibus est demon-
stratum. Deinde unionis modus respectu illarum na-
turarum ordine & distinctè explicatur.

76. Primùm itaq; dicitur, quod *unio hæc facta sit ἀσυγχύ-* *Unio hæc*
τως, citra confusionē istarum duarum naturarū. *facta est*
Qua- *i. ἀσυ-*
doqui *χύτως.*

doquidem non mixtione quadam unum, atq; ita tertium quid, nempe tertia quædam natura sive essentia, factæ sunt illæ, non aliter atq; ex quatuor Elementis fit tertia quædam natura sive essentia, nempe corpus mixtum: Qualem unionem olim sibi imaginabatur Eutyches, ut ex ipsius patet symbolo, quod extat apud *Evagrium lib. 2. cap. 4.* in quo inter alia hæc habentur verba: *Ευτυχῆς εἰρήκει: Ὁμολογῶ ἐκ δύο φύσεων γεγενῆσθαι τὸν κύριον ἡμῶν πρὸς τῆς ἐνώσεως, μὲν δὲ τὴν ἐνώσιν μίαν φύσιν ὁμολογῶ: Eutyches dixit: Confiteor, ex duabus naturis factum esse Dominum ante unionem, post unionem autem unam naturam confiteor.* Quæ certè opinio falsa & impia est: quandoquidem in ipsâ unionem utraq; natura salva, integra, & incorrupta manet.

2. ἀτρέπῃως. 77. Secundò facta est hæc unio ἀτρέπῃως. Nam verbum caro factum est, non mutatione humanitatis in Deitatem, neq; conversione Deitatis in humanitatem, ut quidem olim blasphemè docebant *Timotheani*: sed facta est unio inter duo, nempe Divinam & humanam naturam. Quod *Damasceus lib. 3. de fid. Ortho. c. 17.* his verbis explicat: *Χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἢ κτ' μεταβολὴν φύσεως, ἢ τροπὴν ἢ σὺν ἢ κτ' κερὶς τεθεωρεῖται λέγει: Ἀλλὰ κτ' τὴν οἰκονομίαν, καὶ ἐνώσιν τὴν καθ' ἑαυτῶσιν: Hoc est, Sciendum est, quòd non secundùm mutationem aut conversionem nature humane in Divinam, caro dicitur Deificata, sed juxta dispositionem & unionem, quæ est secundùm hypostasin. Videatur idem *Damasceus ibidem Lib. 3. cap. 3. 5, & 7. Item Augustinus Lib. 15. de Trinit.**

3. ἀδιαρέτως. 78. Tertiò facta est hæc unio ἀδιαρέτως, citra divisionem. Non enim Filius Dei humanam naturam assumpsit, sicut vestem aliquam, quam suo tempore iterùm deponeret, vel sicut Angeli ad tempus assumerunt.

runt speciem humanorum corporum, & in illâ homi-
nibus apparuerunt: Non certè: sed ita carnem assum-
sit, & sibi vivit, ut per unionem sibi illam propriam ef-
fecerit. Tam firmæ enim & indissolubilis hæc hyposta-
tica unio est, ut ne in morte quidem soluta fuerit.
Quandoquidem mors tantùm solutio est unionis, quâ
anima & corpus uniuntur naturaliter: non illius, quâ
cum divinâ naturâ utrumq; unitur personaliter: Quo-
circa licet in morte CHRISTI per solutionem vinculi
naturalis, reverà animâ à corpore fuerit dissoluta & se-
parata: neutrum tamen illorum dissolutum fuit à λόγῳ.

79. Atq; hoc est, quod docet *Damascenus Lib. 3. de
fid. Orthod. C. 27. f. 273*: Εἰς ὁμοίωσιν ὡς ἀνθρώπου,
καὶ ἡ ἀγία αὐτῆς ψυχὴ τῆς ἀχραντῆς διηρέθη σώματι: ἀλλ' ἡ θεότης
ἀχώριστος ἀμφοτέρων διέμεινε, τῆς δὲ ψυχῆς φησὶ καὶ τῆς σώματι.
Καὶ εὐδὲ ἕως ἡμῶν ὑπόστασις, εἰς δύο ὑποστάσεις διηρήθη. Τότε γὰρ
σώμα, καὶ ἡ ψυχὴ καὶ ταυτὸν ἐξ ἀρχῆς, ἐν τῇ τῆς λόγου ὑπόστασι
ἔχον τὴν ὑπαρξίν, καὶ ἐν τῷ θανάτῳ ἀλλήλων διαιεθέντα ἕκαστον
αὐτῶν ἔμεινε, τὴν μίαν τῆς λόγου ὑπόστασιν ἔχοντα: *Quonquam
CHRISTUS mortuus est, ut homo, & sancta ejus anima
ab incontaminato separata corpore: non tamen Divinitas
ab utroq; separata remansit, ab Animâ inquam & corpore:
& neq; sic una Hypostasis in duas dissecta est hypostases. Nam
& tunc corpus & anima secundum idem à principia in ver-
bi hypostasi habebant existentiam, & ipsis in morte ab invi-
cem separatis, utrumquodq; eorum mansit, unam verbi ha-
bens hypostasin.* Et mox: Εἰ γὰρ καὶ τοπικῶς ἔσώματι ἡ ψυ-
χὴ κεχώριστο, ἀλλ' ὑποστατικῶς ἄρα ἔσὺ λόγῳ ἦνωτο. *Quonquam
igitur anima à corpore localiter separetur: tamen hyposta-
ticè per verbum uniebatur.*

80. Opposita autem fuit hæc unionis determinatio
Samosateno, qui, teste *Suidâ τ. f. 737.* ita de CHRISTO *Samosa-*
blas tenus.

blasphemè statuit & scripsit: ὡς περ εἰς ἕκαστον τῶν προφη-
 τῶν, ἔτω καὶ ἐν αὐτῷ γενησὶ τὸ θεῶν λόγος τὴν οἰκισιν, ἐν θεῷ καὶ
 δύο φύσεις διηρημένως ἐχούσας, καὶ ἀκοινωνήτως πρὸς ἑαυτὰς εἶναι
 πᾶσι πάντων ἐν χριστῷ, ὡς ἄλλο ὄντι αὐτὸ τὸ χριστῷ, καὶ ἄλλο τὸ
 ἐν αὐτῷ κατοικῶντι θεῶν λόγος: *Sicut in alio quovis Prophetâ,
 sic in illo quoq; verbum Divinum habitasse: Unde etiam dua
 omninò natura sunt in CHRISTO, divisæ & separatæ à sese,
 quarum neutra alteri quicquam aliquid communicet: tan-
 quam aliud quiddam sit CHRISTUS, & aliud in eo habi-
 tans DEI verbum.*

4. ἀχωρίως. **§1.** Quartò facta hæc unio est ἀχωρίως, indistanter.
 Ita enim duæ naturæ in CHRISTO unitæ sunt, ut nul-
 lis nec temporum nec locorum intervallis unquam se-
 paremur. Estq; hæc unionis determinatio opposita
 Nestorius. Nestorio, qui naturas dirimebat, docens, Mariam non
 esse dicendum θεοτόκον, quòd non DEUM, sed duntaxat homi-
 nem peperisset: *Socr. lib. 87. C. 32. f. 275. Gr.* Cui errorine
 dicam, an furori? pii patres & Episcopi opposuerunt
 præter alia scripturæ dicta *Luc. 1. v. 35. Gal. 4. v. 4. locum
 1. Job. 4. v. 3,* qui olim quidem in vetustioribus exem-
 plaribus inventus, postea verò ab Hæreticis erasus fu-
 it. Πᾶν πνεῦμα, ὃ λύει τὸν Ἰησοῦν, ἀπὸ τοῦ θεῶν ὅσα ἐστίν. *Omnis Spi-
 ritus solvens Christum, ex DEO non est.* Videatur Socra-
 tes loco allegato.

5. **§2.** Quinto facta est hæc unio *salvis utriusq; natura
 utriusq; natura pro-
 prietatibus.* Damascenus *L. 3. de fid. Cap. 17:* ἔτε ἡ
 σὰρξ θεοθεΐου τῆς οἰκείας ἐτέρατη φύσεως, ἢ τῶν αὐτῆς φυσικῶν
 ιδιωμάτων. Μεμνήκασι γὰρ καὶ μὲν τὴν ἔνωσιν, αἵτε φύσεως ἀσύμ-
 φυρτοί, καὶ αἱ τῶν ιδιότητων ἀλώβητοι: *Neq; Deificata caro
 versa est à propriâ naturâ, vel à naturalibus proprietati-
 bus: natura enim etiam post unionem manserunt inconfu-*

§22

*ſa, & proprietates illarum illaſa. Quamobrem propria u-
 nius nature nunquam fiunt propria alterius. Videatur i-
 pſe Damascenus. Idem etiam dicit & concludit decre-
 tum Synodi Chalcedonenſis apud Evagrium lib. 2. C. 4. f. 134.
 nempe Filium Dei incarnatum eſſe, ἕδαμὸς τῆς τῶν φύσε-
 ων Διαφορῆς ἀνηρημῶνς Διὰ τὴν ἔνωσιν: Σωζομένης δὲ μᾶλλον ιδιο-
 τητὸς ἐκατέρως φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρὸς ὅσον καὶ μίαν ἑνώσειν
 σιωπῆς ἔχουſας: Nequaquam naturarum differentiã propter
 unionem ſublatã, ſed utriuſq; nature proprietate potiùs ſer-
 vatã, & in unam perſonam concurrente. Et Leo ad Fla-
 vian: ſcribit: Salvã proprietate utriuſq; nature & in u-
 nam coeunte perſonam, ſuſcepta eſt à Maieſtate humilitas,
 à virtute infirmitas, ab eternitate mortalitas.*

83. Cæterùm modus unionis, reſpectu perſonæ neque Unionis
 eſt naturalis vel eſſentialis: neq; eſt accidentalis: Sed eſt modus re-
 ſupernaturalis & perſonalis, ita à perſonã denomina- ſpectu per-
 tus. ſonæ.

84. Modum unionis eſſentialem vocamus eum, ubi Modus u-
 duo, quorum alterum ſe habeat ut actus, & omnino nionis ef-
 ut forma, alterum ut potentia, & omnino ut materia, ſentialis
 ita uniuntur, ut unam eſſentiam & naturam conſtitu- quo.
 ant & abſolvant: ſeq; mutuò ita perficiunt, ut neutrum
 ſine altero perfectionem obtineat.

85. Tali modo unita eſt in homine anima rationa-
 lis & corpus humanum: conſtituunt enim duo illa in
 coniunctione & unione unam naturam & eſſentiam,
 nempe humanam. Atque inde corpus ſine animã eſt
 mortuum: & illa ſeparata corporis reſurrectionẽ cum
 deſiderio expectat. *Hafenreſſ. lib. 3. Stat. 3. reſt. loc. 2. de*
Chriſto pag. 316.

86. Illud verò de unione duarum naturarum in

D 3

CHRIST

Ita due natura in personâ non uniuntur. CHRISTO dici nequit. I. Quia uterq; terminus per se est absolutus & perfectus: perfectus nempe DEUS & perfectus homo, ex animâ rationali & humanâ carne subsistens. Deinde Filius DEI perfecta persona fuit ab æterno ante incarnationem *Job. 1. v. 1:* ideoq; non per se, & quidem, ut perfectè subsisteret, requisivit humanam naturam: Et tandem quia non ex humanâ & divinâ naturâ, fit una natura, quemadmodum ex animâ & corpore humano, una fit natura humana: sed duntaxat una persona.

Accidentalis unio quæ. 87. *Accidentalis unio* aut est *contiguitatis*, ut, quomodo asser asseri conglutinatus, cum eo unum esse dicitur: aut *inhæisionis*: sic albedo cum pariete, & calor cum aquâ, unum per inhæisionem in subiecto, vel simpliciter unum subiecto esse rectè dicuntur.

Accidentaliter due nature nõ uniuntur in personâ. 88. Neutro quoq; modo Humana & Divina natura in CHRISTO unum consistunt. Non primo: quandoquidem DEUS non tantum iunctus est cum humanitate, sed est manifestatus in carne, *1. Tim. 3. v. 16.* Et verbum caro factum est, *Joban 1. v. 14.* Non posteriori: Quandoquidem eiusmodi uniones non admittunt tales prædicationes, quales in hoc habemus mysterio. Falsum enim est, *albedinem esse parietem*: licet albedo parieti inhæreat: Hic verò rectè ac verè dicimus: *Deus est homo, & Homo est Deus.*

Neq; per modum integrale uniuntur. 89. Addi hîc quoq; potest *modus integralis*, quem etiam ab hoc mysterio excludimus: Siquidem eiusmodi unionis ratio tantum est inter partes quantitativas. At λόγος neq; quantus est, neq; partem extra partem habet: quomodo igitur cum homine constituet unum integrum? Deinde repugnat iterum prædicatio, quæ ex hac unione fit. Hîc enim verè (ut iam monuimus) dicimus: *DEUS est homo*: pars verò integralis de altera

ra

rã non prædicatur: *Manus enim non est pes: & oculus non est nasus, vel caput ipsum.*

90. Manet igitur, *unionem hanc personalem esse*, quã *Modus u-*
λόγος humanam naturam in unionem & communio- *nionis est*
nem suæ hypostaseos assumsit, ita quidem, ut verbi *personalis.*
Hypostasis propria, facta quoq; sit hypostasis assumptæ
carnis.

91. Unde sequitur. I. hoc *πρόσωπα*: *Duarum natura-* *πρόσω-*
rum in CHRISTO non duas, sed unam personam esse. Fuit *ματα.*
quidem disputatum inter Scholasticos: I. Utrum per- *I. Duarum*
sona personam; vel II. natura personam: vel III. na- *naturarum*
tura naturam: vel IV. persona naturam assumsit. *in Christo*
Prioræ duæ assertiones simpliciter reiiciendæ sunt: *tantum u-*
Tertia quidem *D. Athanasio, Cyrillo, Damasceno, imò &* *na persona*
ipsi Augustino fuit familiaris: verum rectè intelligatur, *est.*
aliàs facilè erroris ansam præbebit. Tutissimum igitur *Vide Ma-*
est, ut quiescamus in ultimâ assertione, & loquendi *gistrum*
modo: quippe quæ rem ipsam verè exprimat, funda- *Sententia-*
mentumq; solidum in scripturâ habeat, nec non apud *rum Lib. 3.*
Orthodoxos patres. *distinct. 5.*

92. In scripturâ quidem, ut *1. Tim. 2. v. 5: Unus DE-*
us, unus mediator DEI & hominum homo Jesus Christus. *Probatur*
Item *1. Cor. 8. v. 6: Nobis unus est DEUS, pater ille, à quo* *ex scriptu-*
omnia, & nos in ipso: & unus Dominus Jesus Christus, per *rá.*
quem omnia. Jam si duæ essent Personæ in Christo, non
esset unus Mediator, & unus Dominus: sed duo media-
tores, & duo Domini. Et iterum *Apostolus Rom. 3. v. 3 & 4.*
non *τὸς υἱὸς*, quorum alter Filius Dei, alter Filius Ma-
riæ, sed tantummodò *τὸν υἱὸν θεῶν, τὸν ὑψίστον, ὁρατόν τε & c:*
atq; ideò unam duntaxat Christi personam, quæ tam
humanâ, quàm Divinâ constet naturâ, agnoscit, nec
non eius unitatem articulo illo, ceu indice, monstrat ac
patefacit. His etiam ad stipulatur Legatus ille cœlestis.
Luc.

LUC. I. V. 31. & 32: *Ecce paries filium, qui (ipse) filius altis-
simi vocabitur.* Hinc Maria mater DEI est *ibid.* v. 43: &
Dominus gloriae crucifixus est, *1. Cor.* 2. v. 8. Et CHRIS-
TUS ipse de se, tanquam unâ personâ, loquitur *Joh.*
9. v. 37: *Filium DEI vidisti, & qui tecum loquitur, ipse est:*
Ubi illud, IPSE, indicat unitatem personæ, cui & Fi-
lius DEI, & humana natura, per illud loqui tribuitur.

Probat
ex Patri-
bus.

93. In Patribus hæc assertio & sententia satis claris
& perspicuis continetur verbis. August. Lib. 13. de Trin.
C. 14: *Cùm lego, verbum caro factum est, &c: in verbo in-
telligo verum DEI Filium: in carne agnosco verum hominis
filium: & utrunq; simul in unâ personâ, DEI & hominis in-
effabili gratiæ largitate conjunctum.* Et Nazianzenus in
Epist. ad Cleodonium, f. 312: Καὶ εἰ θεῖ σωτόμως εἰπεῖν, ἄλλο
μὴ καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν σωθήσῃ, σὸκ ἄλλο ἢ καὶ ἄλλο, μὴ γένοιτο.
Τὰ γὰρ ἀμφοτέρω ἐν τῇ συγκροσί, θεῶ μὲν ἐνανθρωπήσαντο, ἀν-
θρώπων δὲ θεωθέντο, ἢ ὅπως αὐτοῖς ὀνομάσεις. Λέγω ἢ ἄλλο καὶ ἄλ-
λο ἑμπαλιῶν, ἢ ὅτι τῆς τριάδος ἔχει. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλο καὶ ἄλ-
λο, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν, σὸκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο. ἐν
γὰρ τῇ τρία καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι: *Atq; ut paucis rem comple-
ctar, aliud quidem atq; aliud sunt ea, ex quibus Salvator
constat, non tamen alius atq; alius, absit. Ambo enim hæc
copulatione unum sunt, DEO nimirum humanitatem, atq;
homine Divinitatem suscipiente, aut quocunq; tandem a-
lio verbo quispiam hanc exprimandem duxerit. Porro aliud
atq; aliud dico, contrâ quàm in Trinitate res habet. Illic e-
nim alius atq; alius, ne Personas confundamus: non autē ali-
ud atq; aliud, quòd ad Divinitatem unū idemq; sunt. Et in
Symbol: Athanasij: Unus est Christus non conversione
Deitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in DEUM.
Unus omninò non confusione substantiæ, sed unitate perso-
næ. Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo: sic
DEUS & homo, UNUS est CHRISTUS.*

94. Al-

94. Alterum *πρόσιον* est: Unionem hypostaticam non esse factam sine communicatione. 2. Unio hypostatica

95. Rationem reddit Hafenreiff. I. Quia Divina & humana natura in CHRISTO non sunt coniunctæ, sicut duo asseres conglutinantur, qui mutuâ communicatione nihil participant. Longè enim arctior hîc est unio. II. Quia Divina natura non tantùm gestat & sustentat humanam, ne in nihilum redigatur. Tali enim modo omnes res uniuntur cum DEO. III. Quia Filius DEI non tantùm implet & gratiosè habitat in humana sua natura. Hoc enim modo cœlum & terra unita sunt DEO, quandoquidem omnia implet, & gratiosâ suâ præsentia habitat in sanctis. IV. Sed est in unione Personali ipsarum naturarum admirabilis, arcana & ineffabilis communicatio: quâ unio hæc ab omnibus aliis coniunctionibus aut præsentia speciebus toto genere discrepat: Et sine qua naturarum communicatione nec ipsa personalis unio vel cogitari vel subsistere, nec ulla vera aut realis Idiomatum communicatio esse potest. Verùm de hac re pluribus sequenti Disputatione.

Rationes.

1.

2.

3.

4.

96. Quibus ita constitutis & confirmatis, Unionem hypostaticam definimus hunc in modum: Unio Hypostatica est ejusmodi unio, quâ λόγος æterni Patris, æternus Filius, in seipso immutabiliter permanens, naturam humanam veram, integram, & nobis per omnia ὁμοῦτιον in sua Hypostaseos unionem & communionem, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιαιρέτως, καὶ ἀχωρίσως assumpsit, sibiq; tam arctè copulavit, ut ipsius Filij Dei, qui ab æterno persona erat, propria personalitas, humanæ nature, quæ persona non erat, communicata: & verbi Hypostasis, propria quoq; facta sit Hypostasis assumptæ carni, adeò ut duæ hæ nature, Divina & humana, salvæ utriusq; proprietatibus, unum ὑφίσταμενον, &

E

ἔ

Et unus idemq; Christus, qui opus redemptionis perfecit, & jam in cælo & in terrâ sine fine presentissimè potentissimèq; regit & gubernat.

Errores.

1. 97. Errores hîc fugiendi sunt. Primùm damnamus Judæos & Mahometistas, qui **CHRISTUM** verum **DEUM** esse negant.
2. 98. Secundò Arium & Arianos, qui blasphemabant, **CHRISTUM** creaturam facturamq; esse.
3. 99. Tertiò Photinianos, qui affirmabant, **DEUM** quidem omnipotentem unum esse, qui proprio verbo condiderit universa: ante secula verò nativitatem & existentiam Filii dicere fugiebant: Sed ex Mariâ natum docebant **CHRISTUM**.
4. 100. Quartò Ebionitas & Paulum Samosatenum, qui nugabantur, **CHRISTUM** naturâ communem hominem perinde atq; nos esse.
5. 101. Quintò Valentinianos & Marcionitas, qui divinum, cœleste & sidereum corpus **CHRISTO** affingebant, quo de cœlo secum delato, per Mariæ aluum instar undæ per alveum, nihil inde capeissentem, eum transisse, & in hanc lucem venisse, nugabantur.
6. 102. Sextò Manetis & Manichæorum furorem, qui phantasticum & putativum **CHRISTO** affingebant corpus.
7. 103. Septimò Appollinaris & Photini deliria, qui perfectæ substantiæ, qualis ex spermate humano gigni consuevit, animam subtrahere moliebantur. Apollinaristæ concedebant quidem, assumisse *λόγον* animam: verùm tantùm vegetativâ & sensitivâ constantem.
8. 104. Octavò Anabaptistarum Hoffmannianorum, ita à Melchiore Hoffmanno dictorum impietatem, quâ docebant, verbum non sumsisse carnem ex Maria Virgine, sed ex seipso: & Mariæ carnem pronuntiabant.

bant maledictam: Christumq; tantum unam, non duab; præditum esse naturis.

105. Nonò Mennonis Simonis ἑτεροδοξίαν, qui quidem dixit, CHRISTUM VERUM DEUM, & verum hominem: sed non de nostrâ maledictâ, sordidâ, & peccatrice carne, sed de sanctâ substantiâ Patris cœlestis. 9.

106. Decimò Hilarij opinionem, qui CHRISTO homini propter unionem ἀπάρθειαν attribuebat. 10.

107. Undecimò Monothelitarum errorem, quo unam tantum CHRISTO voluntatem adscribebant. 11.

108. Duodecimò Eutychianorum κακοδοξίαν, quibus cum etiam consentire videbantur Monothelitæ: nempe fingebant carnis post ἐνωσιν absorptionem, exaurationem, & in DEUM conversionem, quibus ut personæ, ita etiam naturarum ἐνότητα ἢ ταυτότητα adstruere laborabant. 12.

109. Decimotertiò Nestorianorum impietatem, quâ pro dualitate naturarum etiam personæ ἑτερότητα καὶ διπλότητα machinabantur. Quem errorem hodie ex orco revocare videntur illi, qui ἀκοινωνησίαν docent & Ecclesiæ obtrudere summo conatu allaborant. 13.

110. Decimoquartò damnamus Patripassianos, qui totam Trinitatem incarnatam & Patrem quoque passum esse fabulantur. 14.

F I N I S.



Theol. ev. Dogm. 68^m, 13